

THE SARUM RITE
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.
Fasciculus 14.
Pages 570-603.

Proprium de tempore.
Per octavas epyphanie.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMVIII.

The Sarum Rite is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, 45 Mercer Street, Dundas, Ontario, Canada L9H 2N8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

The Sarum Rite is distributed over the internet through .pdf files located at:
www.sarum-chant.ca

This document first published July 5, 2008.

Revised October 2011.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca


© The Gregorian Institute of Canada, 2008.

¶ Quotidie per octavas.


Ad matutinas.

AS:90; 1519:111v; 1531:53v.

1054. Invit. IV.iii.



Hris-tus * appá- ru- it no- bis. †Ve-ní-te




a-do-ré- mus. Ps. Ve-ní- te. 17*.


[¶ Hic cantus sequens dicatur super hunc hymnus infra octavas tam ad matutinas quam ad vespas]¹ [nisi in dominica et in octava die].²

1519:103v; HS:11v; 1531:51v.³


8248g. Hymn. VIII.




Ostis He-ródes ímpi- e, Chris- tum ve-ní-re quid ti-



mes ? Non e-rí-pit mortá-li- a, Qui regna dat ce-lés-ti- a.



2. I-bant ma-gi quam ví- de-rant Stel- lam sequéntes pré-vi-



am : Lumen re-quí-runt lúmi-ne, De-um fa- téntur mú-ne-re.


Per octavas epyphanie.



3. La-váchra pu-ri gúr-gi-tis Ce- léstis Agnus át-ti-git,



Peccá-ta que non dé-tu-lit, Nos ablu- éndo sús-tu-lit.



4. No-vum ge-nus po-tén-ti-e, A-que ru-béscunt ídri-e :




Vi-númque jussa fúnde-re Mu-tá-vit unda o-rí-gi-nem.



5. Gló-ri-a ti-bi, Dó-mi-ne, Qui appa-ru- ís-ti hó-di-e :



Cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, In sempi- térna sé-cu-la.



Amen.

Ant. Afférte Dómino. 538. Ps. Ipsum. (Ps. xxviii.) [161]. et cetera antiphone cum suis psalmis sicut in prima die dicuntur : preter sextam⁴ que erit Homo natus. 544. Ps. Fundaménta. (lxxxvj.) [267]. [in loco psalmi Veníte.]⁵

II Die ii.

℣. Omnes de Saba. 535.

*Lectioes de sermone beati Leonis pape.*⁶

Lectio j.

Audéte in Dómino dilectí-
símí íterum dico gaudéte :
quóniam brevi intervállo
témporis post solennitátem
nativitátis Christi festí-
vitas declaratiónis ejus
illúxit. Et quem in illo die
virgo péperit : in hoc mundus
agnóvit. Verbum enim caro
factum ita suscepti-
ónis nostre temperávit exórdia :
ut Jesus natus et credéntibus
maniféstus, et persecúentibus
esset occúltus. Jam tunc ergo celi enarra-

vérunt glóriam Dei, et in omnem
terram sonus veritátis exívit :
quando et pastóribus exércitus
angelórum [54r.]
salvatóris édití annunciátor
appáruit et magos ad eum
adorándum prévia stella
perdúxit ut a solis ortu usque
ad occásum veri regis generátio
choruscáret, cum rerum fidem
et regna oriéntis per magos
díscerent : et Románum
impérium non latéret. Tu
autem.

℞. Illumináre illumináre Hierúsalem. [j.] 541.

Lectio secunda.

SEvítia namque Heródis volens
primórdia suspécti sibi regis
extínguere : huic dispensati-
óni nésciens serviébat : ut dum
atróci inténtus facinóri, ignótum
sibi púerum indiscreta cede
infántium persecuerétur :
annunciátum célitus dominatóris
ortum insígnior úbique fama
loquerétur : quam promptiorem
ad narrándum diligentiorémque
faciébat et supérne significati-
ónis nóvitas : et cruentíssimi
persecutóris impietas. Tunc
autem étiam in

Egýpto salvátor illátus est ut
gens antíquis erróribus dédita :
jam ad vicínam salútem per
occúltam grátiam vocarétur,
et que nondum ab ánimo
reícerat superstitióem : jam
hospítio recíperet veritátem.
Mérito ígitur dilectíssimi
dies iste apparitióne Dómini
consecrátus, speciálem in
toto mundo obtínuit dignitátem.
Que in nostris córdibus digno
debet splendóre claréscere,
ut rerum gestárum ór-
dinem non solum credéndo :
sed étiam intelligéndo venerémur.

Quantam enim gratiarum actionem
debeamus Deo pro illuminatione

gentium : probat execratio Judeorum.
Tu autem Domine.

R. Omnes de Saba. *ij.* 566.

Lectio tertia.

Quid enim tam cecum, quid tam
lucis alienum : quam illi sacer-
dotes et scribe Israelitarum fuerunt :
qui percunctantibus Magis et Herode
querente ubi Christus secundum
scripturarum testimonia nasceretur :
hoc responderunt de prophetico
eloquio quod indicabat stella de celo ?
Que utique poterat magos Hiero-
solymsis pretermisissis usque ad
cunabula pueri (sicut postmodum
fecit) sua significatione perducere :
nisi ad confutandam Judeorum
duriciam pertinuisset, ut non solum
ductu syderis : sed etiam ipsorum

professione innotesceret nativitas
salvatoris. Jam ergo ad eruditionem
gentium propheticus sermo transibat,
et prenuntiatum antiquis oraculis
Christum alienigenarum corda dis-
cebant : cum Judeorum infidelitas
veritatem ore proferreret : et men-
dacium corde retineret. Nolu-
erunt enim agnoscere oculis quem de sacris
indicabant libris, ut quem non
adorabant in infantie infirmitate
humilem : postea crucifigerent in
virtutum sublimitate fulgentem. Tu
autem [Domine miserere].⁷

R. Reges Tharsis. *iiij.* 533.

Quotidie per octavas et in octava dicitur psalmus Te Deum. [44].

*Et semper ante laudes dicitur V. Omnes de Saba. 535. nisi quando dicitur ante
lectiones : tunc enim dicitur V. Reges Tharsis et insule. 544.*

¶ *In laudibus.*

Hec sola antiphona Ante luciferum. 559.

Ps. Dominus regnavit. (xcij.) [49].


Capitulum, hymnus et versus sicut in prima die.

*He sequentes antiphone dicuntur per octavas super ps. Benedictus. et Magnificat. et
non alie : cum frequenti repetitione, nisi in dominica [infra octavas].⁸*

Per octavas epyphanie.

AS:pl. n.; 1519:111v; 1531:54r.⁹


5022. Ant. VII.v.



Tel-la ista * si-cut flamma cho-rúscat, et re-gem
re-gum De-um demónstrat : ma-gi e-am vi-dé-runt,
et Christo re-gi mú-ne-ra obtu-lé-runt. Amen.

AS:pl. n.; 1519:111v; 1531:54r.


5391. Ant. VII.i.



I-déntes stel-lam ma-gi * ga-ví-si sunt gáudi-o
magno : et intrántes do-mum obtu-lé-runt Dómi-no
aurum thus et mir-ram. Amen.


AS:pl. n.; 1519:112r; 1531:54r.¹⁰

5507. Ant. IV.i.




Ox de ce-lis * sónu-it et vox Pa-tris audí-ta

Per octavas epyphanie.





est : Hic est Fí-li- us me- us in quo michi complá-cu- it :



ipsum audí-te. Amen.


AS:pl. n.; 1519:112r; 1531:54r.

Ant.
I.i.




1284.

Dmó-ni-ti ma-gi * in somnis ab ánge-lo : per



á- li- am vi- am re-vérsi sunt in re-gi-ónem su- am.



Amen.

Et semper dicatur [infra octavas]¹¹ hec oratio Deus qui hodiérna. 565.

Nunquam enim per totum annum pretermittatur hec dictio hodiérna die. de orationibus per totas octavas. Tamen quandocunque dicuntur tales orationes extra octavas pretermittatur omnino.

In dominica infra octavas et in ipsis octavis dicantur antiphone super ps. Magnificat. et Benedictus. sicut in prima die : et semper cum hac oratione, Deus qui hodiérna.

Nulla fit memoria de omnibus sanctis ad vespervas nec ad matutinas de die per octavas quia chorus regitur.

[Sed]¹² Memoria de sancta Maria fiat quotidie per octavas ad vespervas cum hac antiphona Quando natus. 503. et ad matutinas cum hac antiphona Ecce María. 504. cum versu et oratione ut supra dictum est.

Si festum alicujus sancti iij. lectionum infra octavas evenerit, nichil fiat de festo nisi

tantum memoria ad vespervas et ad matutinas [de die]¹³ et ad missam.

¶ *Ad j.*

Ant. Ante lucíferum. 559.

Ps. Deus in nómine. (*liij.*) [97].

Ant. Te jure. [101].

Ps. Quicúnque vult. [102].

[Ad tertiam et ad alias horas.]

¶ *Ad iij. et ad alias horas, antiphone,]psalmi,]¹⁴ capitula, responsoria, [et]¹⁵ versus sicut [54v.] in prima die dicuntur : cum oratione Deus qui hodiérna. 565.*

¶ *Ad vespervas.*

Ant. Tecum princípium. 329.

Ps. Dixit Dóminus. (*cix.*) [306].

Cap. Surge illumináre. 533.

Hymnus. Hostis Heródes. 534. *vel* 570.

℟. Omnes de Saba. 535.

Super ps. Magnificat. *dicatur una de supradictis antiphonis per ordinem.*

Oratio. Deus qui hodiérna. 565.

[Memoria de martyribus Luciano sociisque ejus.]

Ad has vespervas fiat memoria de martyribus Luciano sociisque¹⁶ ejus.

Ant. Gaudent in celis. **XX.**

℟. Letámini in Dómino. [194].

Oratio de communi plurimorum martyrum non pontificum. **XX.**

Deinde fiat memoria de sancta Maria. [185].

¶ *Die iij.*


[Tertia die et ceteris diebus per octavas, invitatorium, hymnus, antiphone et psalmi sicut in precedenti die dicantur.]¹⁷

[*Ad matutinas.*]

℟. Reges Tharsis. 544.

*Lectioes de sermone beati Maximi episcopi.*¹⁸

Lectio prima.

 Udístis fratres charíssimi lectiónem evangélii salutária preséntis diéi sacraménta recitántem, audístis quáliter Christus Dóminus qui in hunc mundum laténter advénit, paulátim dignátus est suam mortálibus aperíre majestátem : quamquam charíssimi latére inter obscúra séculi lumen celéste non póterat. Dénique cum visitatióem suam necdum terra cognósceret : celum sua gáudia ac tótius mundi letíciám, Cáldeis stupéntibus tácito in sýdere loquebátur. Et cum quis quántusve esset necdum infidélis posset vidére Judéa : jam tunc glóriam ejus indíciis excitáta celéstibus,

gentílitás sentiébat. Nova enim stella : novum adventásse hómínem revelábat. Et ita revéra novum, ut cum¹⁹ Dei esset Fílius indúeret carnem sine generatióne carnáli : et habéret secúndum hómínem tempus nascéndi qui secúndum Deum nativitátis inítium non habébat. Novum nimírum erat ut unigénito Altíssimi quem non capit celum : parvíssimi tugúrii mínimum présepe sufficeret. Novum erat, ut qui in celéstibus cum Deo Patre regnábat : terréna matre conténtus, vágitus infántie daret in pannis. Tu autem Dómine miserére [nostri].²⁰

℟. Magi véniunt. *iiij.* 545.

Lectio secunda.

L Etémur itaque fratres totísque gáudiis exultémus : quia nobis natus est Christus ex fémína, nobis jácuit in présepi, nobis vagiébat in cunis, nobis arridébat in stella. Totum enim nobis proficiébat : quicquid salvátor hómínis agébat in hómíne. Ait itaque evangélicus

sermo, Ecce enim magi ab oriénte advenérunt Hierosólymam dicétes, Ubi est qui natus est rex Judeórum ? Vídimus stellam ejus in oriénte : et vénimus adoráre eum. Quoúsque Judée duríssime, obtúsa aure, clausis óculis, et infido corde persístis ? Ecce jam post illa patriarchárum precónia,

post vaticinia prophetarum : Christus a gentibus predicatur. Si patribus tuis credere detractas, qui ab initio seculi eterni regis adventum innumeris sacratisque vocibus cecinerunt : crede vel his tandem qui eum non adhuc post tempora nasciturum, sed jam apud te et tibi natum esse testantur. Que tanta est in pectore tuo mortifere obstinationis aversio, ut solus non

audias quod omnes loquuntur, solus refugas quod universitas credit, solus certe videre contempnas quod splendet e celo ? Apud te virgo concepit : et virginis tue partum alienus agnoscit. Tibi salutem tuam angelice voces persuadere non possunt : et ad Christum tuum una Caldeos stella perduxit. Tu [autem Domine].²¹

R. Interrogabat magos Herodes. v. 546.

Lectio iij.

Ubi est (inquiunt magi) qui natus est rex Judeorum ? Vidimus stellam ejus in oriente : et venimus adorare eum. In his implatum est illud quod prophetico sermone predictum est, Quibus nunciatum non est de eo videbunt : et qui non audierunt intelligent. Ecce enim Caldeus cui neque nunciatum de Christo fuerat, neque audierat : vidit stellam Christi, et adesse eum intellexit in stella. Adorant itaque magi Dominum et offerunt ei munera : ut impleretur illud quod ait ille prophetarum precipuus David, Afferte Domino patrie gentium : afferte

Domino gloriam et honorem. Domino et Domino quod ait : Dominum illum esse secundum Deum, et Dominum secundum hominem, mystico sermone declarat. Quod enim Deus est : creator est mundi. Quod autem homo est : redemptor est mundi. Quomodo ergo non privilegio utriusque substantie Dominus est omnium Christus, qui sibi universa aut creatione aut redemptione subegit ? Afferte (inquit) Domino : gloriam et honorem. Honoris ergo est charissimi quod offerunt gentiles munera : glorie quod adorant. Tu [autem].²²


AS:pl. n.; 1519:112v; 1531:54v.²³

7701.


Resp.
VIII.



Tel-la * quam ví-de-rant ma-gi in o-ri-én-



te : ante- ce-dé- bat e- os donec ve-ní-



[55r.] rent ad lo-cum u-bi pu- er e- rat. †Vi-dén-tes au-tem

7701a.



stel-lam. ‡Ga-ví-si sunt gáu-di-o mag- no. ✠. Et in-



trántes domum inve-né-runt pú-e-rum cum Ma-rí-a



matre e- jus : et pro-ci-déntes a-do-ra- vé-runt e-



um. †Vi-dén-tes. ✠. Gló-ri- a. **XX.** ‡Ga-ví-si.

Et cetera ut supradictum est.

[Versiculi ante laudes et cetera omnia sicut in prima die prenotaum est.]²⁴

Memoria de martyribus [Luciano &c.].

*[Et fiat memoria de martyribus cum hac]²⁵ Ant. Justórum. **XX.** ✠. Mirábilis.*

*[I91]. Oratio de Communi. **XX.***

¶ Die iv.

[Ad matutinas.]

[Ante lectiones]²⁶ ℣. Omnes gentes quascúnque fecísti. 549.

*Lectiones de sermone beati Maximi episcopi.*²⁷

Lectio j.



It prophetárum precípuus Esáias, sicut audístis charísimi, Illumináre illumináre Hierúsalem : adest enim lumen tuum, et májestas Dómini in te orta est. Hierúsalem vero maniféstum est esse fidélium civitátem. Unde nos fratres qui portas celéstis Hierúsalem cépimus introíre, illumináti salutáribus sacraméntis, in conspéctu Dei nostri novo gáudio necesse est ut exultémus : quia nova hódie stella novum mundo hómínem revelávit. Hoc profécto die

Christus Jesus a Patre véniens, Deus et homo natus e fémina : sub spécie adorántium Caldeórum, fidem génitium dedicávit. Qui quamvis divinitátem suam nostri córporis obumbratióne veláret : Deum tamen esse illum celum pródidit, et terra cognóvit. Húmílis quidem, sed mirábilis venit : ut páriter in eo et assúmpte carnis véritas, et ineffábilis deitátis natúra fúlgeret. Tu autem Dómine [miserére nostri].²⁸

℞. Hódie in Jordáne. vij. 550.

Lectio secunda.

¶ **Q**uanquam nascéntem illum cunábula terréna suscéperint : non tamen esse terrénum, celéste signáculum testabátur. In cunis namque jacébat : sed radiábat e celo. Vagiébat apud Judéos : et apud géntiles regnábat. In Béthleem lactabátur a matre, et in Cháldea adorabátur a magis. Ait beatíssimus evangelísta Mathéus, Ecce magi ab

oriénte advenérunt dicétes, Ubi est qui natus est rex Judeórum ? Quam bene ab oriénte properáre dicúntur, qui adoratúri véniunt sempitérnum oriétem : de quo dictum est, Et visitávit nos oriens ex alto, illumináre his qui in ténebris et in umbra mortis sedent. Deínde subjúngunt Cháldei, Vídimus stellam ejus : et vénimus adoráre eum. Ecce ínquiunt stellam

ejus vidimus. Bene ejus quia quamvis omnes ab eodem create stelle ipsius sint, hec tamen proprie Christi erat que specialiter ejus nunciabat adventum. Et cetera quidem stelle

facte sunt, ut mundi istius tempora cursusque distinguerent : hec vero prodire jussa est, ut ipsum mundi Dominum et regni celestis adesse tempus ostenderet.

℞. Dies sanctificatus. viij. 551.


Lectio iij.

Aunt itaque magi, Vidimus stellam ejus : et venimus adorare eum. Ecce Christum qui non habent habere volunt, et invenire contendant. Judæus Deum suum refugit : paganus inquirat. Quod proximus non agnoscit : alienus intelligit. Gentes stellam Christi videt et venit : Judæus videt et invidet. Sicut lectum est, In sua venit : et sui eum non receperunt. Vere Judæa durissima suaque infidelitate cæcæ non videbat quod stella radiabat : nec audire poterat quod angeli conclamabant. Igitur inquirantibus magis ac dicentibus, Ubi est qui natus est rex Judæorum : conturbatus est Herodes, et

omnis Hierosolima cum illo. Turbatur rex regno suo metuens credo, nesciens quia Christus non veniebat regnum ejus invadere sed salvare : et quod nulli inferret mortem qui esset vita cunctorum. Et cum ambularent magi stella (sicut lectum est) quam viderant in oriente antecedebat eos : donec venit et stetit supra ubi erat puer. Venit (inquit) et stetit supra : ubi erat puer. Nunquid non dicere et clamare videbatur, Hic est puer quem natum testabar e celo : hic est rex ille magnus, qui venit celesti imperio regnum sociare terrarum ?

AS:pl. o.; 1519:112v; 1531:55r.²⁹

3. Resp.
IV.



I-dén- tes * stel-lam ma- gi ga-ví- si sunt gáu-

7864.

Per octavas epyphanie.

di- o mag- no : et intrántes do- mum inve- né- runt pú-
e- rum cum Ma- rí- a ma- tre e- jus, et pro- ci- dén- tes
a- do- ra- vé- runt e- um. †Et a- pér- tis the- sáuris su- is.
‡Obtu- lé- runt e- i mú- ne- ra, aurum, thus et
7864b. mir- ram. ⁊. Stel- la quam ví- de- rant in o- ri- énte
ante- ce- dé- bat e- os : usque dum vé- ni- ens sta- ret su-
pra u- bi e- rat pu- er. †Et a- pér- tis ⁊. Gló- ri- a. **XX.**
‡Obtu- lé- runt.

¶ Die quinta, sexta et septima : idem ordo servetur de versibus et responsoriis qui in precedentibus diebus.³⁰

¶ *Die v.*

[Ad matutinas.]

*Lectiones de sermone beati Maximi episcopi.*³¹

Lectio j.



[55v.] Alutare nobis est fratres atque conveniens, ut concurrentes ad festa dominica et mysteria salvatoris nostri, de cujus nativitate gavisi sumus, de ejus etiam manifestatione letemur : quia sicut nascendo gloriosus est Dei Filius, ita apparendo mirabilis. Mirum namque quod Christus processit ex virgine : nec minus magnificentum quod ostensus est e celo. Mirum valde quod novum hominem terra suscepit : stupendum nichilominus quod novum hunc hominem nova de celo stella prodiderit. Apud Judeam Christus in

presépe pastoribus vagiébat : et in Cháldea magórum óculis inter sýdera chorcábat. Apud Judéos sordébat in pannis : apud géntiles fulgébat in glória. Et quidem necesse erat, ut celórum Dóminum testimónium celéste précéderet : et auctórem lucis signum lúminis reveláret. Magnum hoc fratres tremendúmque mystérium, cum unus idémque annunciátur de Patre Deus, et homo de matre : unus idémque filius fémine et Fílius majestátis, unus idémque hóminum párticeps et Dóminus angelórum.

Lectio ij.

¶ Quis enim váleat estimáre quanti sacraménti, quantéque sit glórie, quod ille sugit úbera qui pascit ómnia, et qui univérsis animántibus vivéndi substántiam prestat e celo, ob salutem terréstrium terréno lacte nútritur ? Nullus ergo ámbigat, nemo contétur, quod Christus in terra degens fulgébat in celo : quia sic venit ad terras ut non relinquéret celum. Et inde est quod virginálem hunc púerum laudant ángeli, mirántur

pastóres, celum attestátur, venerántur et magi : quia mýstica ejus nativitas sempitérno gáudio et terram letificávit et celum. Hunc ergo regem celéstium hominúmque rectórem, sub carnis mystério veniéntem ínvidus tremít Heródes : Judéa infidélis abjúrat. Tremít Heródes infántem régie dignitátis : quia bonitátem nascéntis ignórat. Abjúrat Christum Judéa quem prédicat, quia impietátibus suis métuens, justí

júdicis refúgit equitátem : et scélerum suórum obcecáta ténebris, sola vidére non potest quod ómnibus splendet e celo. Et cum ómnium patriarchárum doctrína ac prophética sanctorúmque

virórum elóquia ad agnitiónem Fílii Dei Judáica corda non fléxerint : uníus stelle rádius fidem géntium suscitávit. Tu autem.

Lectio iij.

Que tanta permutátio fratres, queve ista convérsio est ? Apud Judéos prophéta lóquitur nec áuditur : apud géntiles stella tacet, et suádet. Vere sicut scriptum est, Quibus non est nunciátum de eo vidébunt : et qui non audiérunt intélligent. Ecce enim Cháldei quibus nunquam fúerat hujúsmodi mystérium predicátum, intellexérunt nativitátem Christi : ipsúmque Christum solícite perquirunt, celo monstránte. Nec sane a quibuscúnque vílibus obscúris abjectísque homínibus hec sunt vel

intelécta vel visa : sed a Cháldeis, id est apud quos superstitiónum regnábat error. In his ingressus mundum Christus primítias fidéi salutáris invénit : et factum est inter Judéos et géntiles quoddam perfidie fidéique certámen. Nato enim Christo exultábat Cháldea : et tota cum suis princípibus Hierosólíma torquebátur. Insectabátur Judéus : magus adorábat. Heródes acuébat gládium : Cháldeus múnere preparábat. Tu autem [Dómine].³²

¶ Die vj.

[Ad matutinas.]

Lectioes de sermone beati Maximi [episcopi. – Augustini sermone 37 de tempore.]³³

Lectio j.

Icet fratres charíssimi³⁴ de solennitate hujus diéi veterum sit diversa traditio : una tamen sancte devotiónis est fides. Et quamquam nonnulli hódie Dóminum nostrum Jesum Christum

stella duce veniéntibus ab oriénte magis éstiment adorátum, álíi autem ásserant eum aquas in vina mutásse, quidam vero baptizátum illum ab Johánne confirmant : in ómnibus ille Dei Fílius créditur, in ómnibus est

festívitás nostra. Nam quod magis útique gentílibus et adoráre Dóminum et múnera offerre concéditur : géntium est prefiguráta vocátio. Quod aque transformántur in vinum : religiónis nostre designátur archánum. Quod vero fluéntis aquis Jordánis baptizátur Jesus : aque nostro baptismáti consecrántur. Opórtet ítaque fratres, ut áliquo nunc de ipso

baptismáte sanctitáti vestre prout Dóminus donáverit proferámus : ut simul et humilitátem salvatóris nostri, et misteriórum glóriam cognoscátis. Predicábat in desérto Johánnes baptismum peniténtie pópulo peccatóri : non quo crímina commíssa deléret, sed quo emendáret errántes. Nam remíssio peccatórum : Christi grátie servabátur.

Lectio ij.

[56r.]

Confluébat ígitur ad Jordánem desidério lavácri diversórum copiósa multitúdo, quorum essent tam sceleráti actus, vita tam pérdita : ut eos venerábilis baptísta vipéreo sémini comparáret. Inter hujúsmodi hómines ille virtútum celéstium Dóminus, ille qui réspicit terram et facit eam trémere, Christus Jesus : non dedignátur húmilis et quiétus ad sérvuli sui baptismum properáre. Sed quid mirum de mansuetúdine salvatóris, si se prophéte sui mánibus inclinávit, qui se ab inimícis suis passus est crucifigi ? Quo properánte

ad flúvium : talem Johánnes circunstantibus turbis erúpit in vocem, Ecce agnus Dei : ecce qui tollit peccáta mundi. Hoc est dícere, Cessáte jam cessáte a baptísimo meo quo peniténtia suscipitur : ecce baptísta per quem crímina dimittúntur. Desínite ultérius a consérvo vestro baptizári velle : presens est Dóminus ómnium nostrum qui baptizat ad vitam. Illum sequímuni, illi crédite, ab illo laváchrum salútis tota mente súplices postuláte : a quo et ego ipse baptísta vester cúpio baptizári.

Lec. tertia.

Non rénuit quidem Jesus testimónium vocis hujus : sed qui per órđinem vellet univérša compléri : nichilóminus baptizári se expétit ab Johánne. Tunc baptísta

devótus : baptizándi sui poténtia tremefáctus ait, Ego débeo a te baptizári : et tu venis ad me ? Id est, quóniam ego creatúra sum : tu créator. Ego servus : tu Dóminus.

Ego figura : tu veritas. At Jesus ait, Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem justitiam. Id est, quid nunc ista commemoras ? Propositum susceptę humanitatis implendum est. Tunc ille, qui presumere formidabat : velociter paruit precipientis imperio. Baptizatur ergo Jesus : non sibi sed nobis. Baptizatur non ut purificetur aquis : sed ut aquas ipse sanctificet. Bap-

tizatur novus homo : ut novi baptismatis constituat sacramentum. Aperti sunt inquit ei celi. Estimo ut in celestibus esset miraculum, de his que gerebantur in terris : sicut ait scriptura, In que concupiscunt angeli prospicere. Quomodo enim non mirari poterant virtutes celorum et dominationes, cherubin et seraphin, cum viderent Dominum sabaoth in fluvio ab homine baptizari ?

[Dominica infra octavas epyphanie.]

Si dies dominica infra octavas evenerit fiant ix. lectiones de epyphania et cantentur versus et responsoria de nocturnis suo ordine sicut in die epyphanie [Ita tamen quod nonnum responsorium a duobus de superiori gradu cantetur. Idem modus servetur de ultimo responsorio in dominica infra octavas ascensionis, assumptionis, nativitatis beate Marie, nativitatis Domini, et dedicationis ecclesie.]³⁵ cum invitatorio Christus apparuit. 570. [Ps. Venite.]³⁶ 17.*

Hymnus Hostis Herodes. 534. antiphone et psalmi sicut infra octavas dicuntur.

Ad utrasque vespervas omnia fiant sicut in prima die : preter responsorium quod non dicetur cum oratione Deus qui hodierna. 565.

Ad matutinas.

Lectiones de sermone beati Leonis pape [9. hujus festi].³⁷

Lectio j.



Uamvis sciam dilectissimi, quod sanctitatem vestram hodięne festivitatis causa non lateat, eamque secundum consuetudinem Evangelicus nobis sermo revelaverit : tamen ut nichil nostri desit officii, loqui de eadem

quod Dominus donaverit audēbo, ut in communi gaudio tanto religiosior sit omnium pietas, quanto magis intellecta fuerit solennitas. Providentia misericordie Dei dispositum habens pereunti mundo in novissimis temporibus subvenire : salvatorem

ómnium géntium prefinívit in Christo. Ut quia et cunctas natiónes a veri Dei cultu ímpius error dudum avérterat, et ipse peculiáris Dei pópulus Israel ab institútis legálibus pene totus excíderat : conclusís ómnibus sub peccáto ómnium misererétur. Deficiénte enim úbique justítia, et toto mundo in vana et maligna prolápto, nisi iudícium suum

potéstas divína différet : univérsitas hóminum senténtiam damnatiónis excíperet. Sed in indulgéntiam ira transláta est. Et ut clárior fieret exercénde grátie magnitúdo, tunc plácuit aboléndis peccátis hóminum sacraméntum remissiónis áfferri : quando nemo póterat de suis méritis gloriári. Tu autem [Dómine miserére nostri].³⁸

Lectio ij.

Hujus autem dilectíssimi infábilis misericórdie manifestátio facta est, Heróde apud Judéos tenénte jus régium ubi legítima successióne cessánte, et pontíficum potestáte destrúcta, alienígena obtinúerat principátum : ut veri regis ortus illíus prophétie probarétur voce que díxerat, Non deficiet princeps ex Juda neque dux de femóribus ejus, donec véniat cui repósitum est : et ipse erit

expectátio géntium. De quibus quondam beatíssimo patriárche Abrahe innumerábilis fúerat prómissa successio, non carnis sémine, sed fidéi fecunditáte generánda : et ídeo stellárum multitudíni comparáta : ut [56v.] ab ómnium géntium patre, non terréna sed celéstis progénies sperarétur. Tu autem [Dómine miserére nostri].³⁹

Lectio iij.

AD creándam ergo promíssam posteritátem herédes in sydéribus designáti ortu, novi sýderis excitántur : ut in quo celi adhibítum fúerat testimónium, celi famularétur obséquiium. Commóvit magos habitatóres remotiórís oriéntis, stellis céteris stella fulgéntior : et de mirándi lúminis claritáte, viri ad hec

expeténda non íncii, magnitúdinem significatiónis intélligunt. Agénte hoc sine dúbio in eórum córdibus inspiratióne divína, ut eos tante visiónis mystérium non láteret, et quod óculis ostendebátur insólitum ánimis non esset obscúrum. Dénique officium suum cum religióne dispónunt, et his se ínstruunt donis : ut

adoratūri unum tria se credidisse
demónstrent, auro honorántes per-

sónam régiam, mirra humánam, thure
divínam.

Lectio quarta.

Ingrediuntur itaque Judáici regni
precípua civitatem : et in urbe
régia osténderi sibi póstulant, quem ad
regnandum didicerant natum. Con-
turbátur Heródes, timet salutí sue,
métuit potestáti : requírit a sacer-
dótibus et doctóribus legis quid de
ortu Christi scriptúra predíxerit. In
notíciam venit quod fúerat pro-
phetátum : véritas illúminat magos,

infidélitas obcécatur magístris. Carnális
Israel non intélligit quod legit : non
videt quod osténdit. Utitur páginis :
quarum non credit elóquiis. Ubi est
Judéa gloriatio tua ? Ubi de Abraham
patre ducta nobílitas ? Ecce major
servis minóri : et alienígenis in sortem
tue hereditátis intrántibus, ejus
testaménti quod in sola líttera tenes,
recitatióne familiáris.

Lectio quinta.

Intret in patriarchárum familiam
géntium plenitúdo : et bene-
dictiónem in sémine Abrahe (qua se
filii carnis ábdicant) filii promissiónis
accípiant. Adórent in tribus magis
omnes pópuli universitátis auctórem,
et non in Judéa tantum Deus, sed in
toto orbe sit notus : et úbique in
Israel sit magnum nomen ejus :
quóniam hanc elégit géneris digni-
tatem ut sicut infidélitas in suis
pósteris convícit esse degenerem, ita
fidem ómnibus fáciat esse com-
múnem. Adoráto autem Dómino
magi et omni devotióne compléta :

secúndum admonitióne sómni, non
eódem quo vénerant itínere rever-
túntur. Oportébat enim ut jam in
Christum credétes, non per antíque
conversatiónis sémitas ambulárent :
sed novam ingrési viam relíctis
erróribus abstínerent. Tunc étiam
Heródis ut vacuaréntur insídie : qui in
Dóminum Jesum Christum im-
pietátem doli per simulatióne
disponébat officii. Unde quia spes
istíus erat solúta comménti : in
majórem furórem iracúndia regis
ardéscit.

Lectio sexta.

NAm recólens tempus quod indicáverant magi, in omnes Béthleem púeros rábiem crudelitátis effúndit, et cede generáli in beátam civitátis illíus desévit infántiam : éstimans fore ut nullo illic párvulo non occíso, occiderétur et Christus. Sed ille qui sánguinem suum pro redemptione mundi fundéndum in áliam dífferret etátem : Egýpto se paréntum ministério subvéctus intúlerat, répetens scílicet Hébrece

gentis antíqua cunábula, et principátum veri Joseph majóris providéntie potestáte dispónens, ut illam duriórem omni inédia famem qua Egypciórum mentes veritátis inópia laborábant, véniens e celo panis vite et cibus ratiónis áufferet. Nec sine ulla ratióne pararétur singuláris hóstie sacraméntum : in qua primum occisióne agni salutíferum crucis signum, et pascha Dómini fúerat preformátum.



[*Lectio vij.*]

Lectio sancti evangelii secundum Johannem j. [29-4].

IN illo témpore : Vidit Johánnes Jesum veniéntem ad se : et ait, Ecce agnus Dei : ecce qui tollit peccáta mundi. Et reliqua.

Omelia venerabilis Bede presbyteri.

[*i. primi libri.*]⁴⁰

Johánnes baptísta et precúrsor Dómini salvatóris quem diu ventúrum pópulis verbo predicáverat : ipsum jam veniéntem ad se sicut ex

lectiόne sancti evangelii fratres modo cum legerétur audístis, mox dígito demonstrávit dicens, Ecce agnus Dei : ecce qui tollit peccáta mundi. Ecce [57r.] agnus Dei, ecce ínnoceus et ab omni peccáto immúnis, útpote os quidem de óssibus Adam : et caro de carne Adam, sed nullam de carne peccatrice traxit máculam culpe. Ecce qui tollit peccáta mundi, ecce qui justus inter

peccatóres, mitis inter ímpios : hoc est, quasi agnus inter lupos appárens, étiam peccatóres et ímpios justificándi habet potestátem. Quómodo autem peccáta mundi tollat, quo órđine justificet ímpios : apóstolus Petrus osténdit qui ait, Non corruptíbili argénto vel auro redémpti estis de

vana vestra conversatióne patérne traditiónis : sed precioso ságuine quasi agni incontamináti et immaculáti Jesu Christi. Et in Apocalípsi Johánnes apóstolus, cujus est hoc evangélium, Qui diléxit nos (inquit) et lavit nos a peccátis nostris : in ságuine suo.

Lectio octava.

Non solum autem lavit nos a peccátis nostris in ságuine suo, quando ságuinem suum dedit in cruce pro nobis, vel quando unusquisque nostrum mystério sacrosáncte passiónis illíus baptismo aque ablútus est : verum étiam quotidie tollit peccáta mundi, lavátque nos a peccátis nostris quotidie in ságuine suo, cum éjusdem beáte passiónis ad altáre memória replicátur, cum panis et vini creatúra in sacraméntum carnis et ságuinis ejus ineffábilis Spíritus sanctificatióne transfértur. Sicque corpus et sanguis illíus non infidélium mánibus ad pernícem ipsórum

fúnditur et occíditur : sed fidélium ore suam súmitur in salútem. Cujus recte figúram agnus in lege paschális osténdit, qui semel pópulum de Egýptia servitúte líberans : in memóriam éjusdem liberatiónis per omnes annos, immolatióne sua pópulum éundem sanctificáre solébat, donec veníret ipse cui talis hóstia testimónium dabat, Oblátusque Patri pro nobis in hóstiam odorémque suavítatis, mysteriúmque sue passiónis obláto agno in creatúram panis viníque tránsferret : sacerdos factus in etérnum secúndum órđinem Melchisedech.

Lectio nona.

Sequitur, Johánnes testimónium pérhibens de Dómino : Hic est (inquit) de quo dixi, Post me venit vir qui ante me factus est : quia prior me erat. Post me venit vir : post me natus est in mundo. Post me

predicáre incípiet mundo, qui ante me factus est : qui me poténtia majestátis tantum quantum sol lucíferum licet post appárens, antecéllit. Quia prior me erat, quia in princípío erat verbum, et verbum erat apud Deum :

et Deus erat verbum. Post me venit vir : tempus humane nativitatis quo Johanne posterior est intellige. Qui ante me factus est : primatum regie potestatis quo etiam angelis presidet intueri. Quia prior me erat : eternitatem divine majestatis qua

Patri est equalis intellige. Post me venit vir qui ante me factus est : quia prior me erat. Post me venit in humanitate qui ideo me precellit dignitate : quia prior me erat divinitate.

¶ *Ad laudes, hec⁴¹ sola antiphona. Ante luciferum. 559.*

Ad utrasque vespervas et ad matutinas antiphona super psalmum Benedictus. et Magnificat. sicut in die epyphanie, similiter et oratio.

Si dies dominicus infra octavas non evenerit tunc in quarta feria infra octavas legatur hoc predictum evangelium, scilicet Vidit Johannes.

¶ *Ad laudes una sola antiphona super omnes psalmos dicatur. Et super ps. Benedictus. dicatur antiphona sicut in prima die : similiter et oratio.*

[¶ *Ad utrasque vespervas omnia fiant sicut in prima die, preter responsorium quod non dicetur cum oratione Deus qui hodierna.]⁴²*

¶ *Ad primam et ad omnes alias horas [diei]⁴³ omnia fiant sicut infra octavas.*

Sequentibus vero diebus tunc post dominicam infra octavas servetur ordo dierum⁴⁴ : ita tamen quod in die lune semper reincipiatur [predicta]⁴⁵ hystoria.

Cum autem aliquod festum simplex ix. lectionum in octava die contigerit differatur usque ad proximam feriam vacantem ipsius ebdomade, ubi convenientius potest celebrari. Eadem regula fiat de octavis ascensionis Domini, et dedicationis ecclesie.

¶ In octava epyphanie.

Ad [j.] vespervas.

Ant. Tecum princípium. 329.

Ps. Dixit Dóminus. (cix.) [306]. et cetera antiphone et psalmi.

Capitulum. Esaie 25 ut in 70.⁴⁶

Domine Deus meus honorifi- | ni tuo qui facis mirábiles res,
cábo te : laudem tríbuam nómi- | consílium tuum antíquum verum fiat.


R̃. In colúmbe. 553.

Hymnus. Hostis Heródes ímpie. 534.

Ṽ. Omnes de Saba vénient. 535.

AS:94; 1519:113v; 1531:57r.⁴⁷

1553. *Ant.* VIII.i.



I Aptí-zat *mi-les re-gem, servus dómi-num su- um,
Jo-hánnes Salva-tó- rem, aqua Jordá-nis stú-pu- it, co-lúm-
ba pro-testa-bá- tur : pa-térna vox audí-ta est : hic est
Fí- li- us me- us. *Ps.* Magníficat. 61*.

Oratio.

Deus cujus unigénitus in | presta quésumus : ut per eum quem
substántia nostre carnis appáruit, | símilem nobis foris agnóvimus, intus

[57v.] reformári mereámur. Qui tecum vivit. |

Memoria de sancto Hylario episcopo et confessore.

Ant. Conféssor Dómini. **XX.**

℟. Amávit eum Dóminus. **XX.**

Oratio.

ADésto Dómine supplicatióibus
nostris : et intercessióne beáti
Hylárii confessoris tui atque pontíficis
cujus depositiõem celebrámus :

perpétuam nobis misericórdiam
benignus impénde. Per Christum
Dóminum.

Memoria de sancta Maria.

[*Ant.* Quando natus. [185]. *et cetera ut supra.*]⁴⁸

¶ *Ad matutinas.*

Invitatorium. Christus appáruit. 570.

Hymnus, antiphone et psalmi sicut infra octavas : tamen cantus super hymnum dicatur⁴⁹ sicut in [prima]⁵⁰ die supradictum⁵¹ est. Versus et responsoria in primo et tertio nocturno sicut in prima die dicuntur.

Novem lectiones fiant.

Lectio prima.



Estivitátis nostre, ut proba-
bíliter celebritátem colámus :
ratiõem nóscere debémus.
Epi-phánia quam hódie observámus,
Greco nómine appelláta : ostensi-
óne vel apparitiõem nostro ser-
móne significat. Ideo autem osten-
sióis vel apparitióis hic dies dictus

est : quod hac die manifésti signis
Christus Deus noster semetípsum
osténderit. Hódie enim vel a magis
stellam illam sequéntibus Dóminum
nostrum Christum adorátum esse
confirmant : vel aquas illas in Galiléa
a Dómino in vinum esse convérsas.
Tu autem.

Lectio ij.



Róxime ergo celebrávimus diem
qua natus est Dóminus :

hodiérnam vero cólimus, qua est
manifestátus. Manifestávit itaque se :

cum ináudito et mirífico ópere aquas vertit in vinum. Sicut enim divíni óperis est natúram cóndere : ita est commutáre. Itaque éjusdem rei cujus Creátor erat, étiam recreátor efféctus est : quia fáctile ex álio in áliud transférre opus suum pótuit, qui hoc

ipsum póterat ex níchilo próferre. Nam cum agerétur célébritas nuptiárum, et (ut evangélium lóquitur) cum vinum epulántibus defecísset, vasa jussit Dóminus aqua impléri : que cum impléta essent jussit hauríri.

Lectio tertia.

Quod insígne miráculum : inter manus oculósque ministrórum laténter celéstis virtus operátur. Res ágitur : nec tamen quemádmódu agátur agnóscitur. Latet rátio : efféctus appáret. Unde istud, nisi quia ómnia que vult Deus éfficit, nisi quia illíus totum posse solum velle est ? Unde nisi quia tam magnífica potéstas ejus est, ut non immérito de eódem in ordinatióne tótius creatúre prophéta testétur, ipse dixit et facta sunt, ipse mandávit et creáta sunt ?

Mírum hoc quidem : sed quid non mírum in omni ópere suo Dóminus osténdit ? Sed ut hec ipsa altióra mýsticus intelléctus requírat, quid ille significábant núptie, quibus Christus intérerat, nisi illas útique, quibus ipse Christus ecclésiis jungebátur, qui tanquam sponsus procédens de thámo suo ad desponsátam sibi promíssam jure veniébat, ubi útique ex aquis vinum, id est ex géntibus fídeles conversiónem divíni óperis éffécit ?

Medie lectiones de sancto Hilario episcopo fiant cum versibus et responsoriis de primo nocturno communis hystorie unius confessoris et pontificis. XX.

Lectio quarta.

Beátus Hylárius Pictavórum urbis epíscopus : regiónis Aquitánie fuit oriúndus. Qui apud Gallicánas famílias pro céteris generositate préditus : nítoe péctoris áddito, velut lúífer emícuit divínitus. Dénique in laicáli adhuc propósito constitútus, ecclesiástice régle ita disciplínis se

cohercébat inténtus : ut jam tunc vite móribus presignáret, quod póstea irreprehensíbilis sacérdos in templo Christi exísteret. Nam nunc áliquos ex fide Sancte Trinitátis instruébat, nunc álios ad pie religiónis ópera commonébat : nunc álios ad gáudia promíssa regni celéstis invitábat.

Itaque dum grátia meritórum beáti viri quotidie crésceret : non pótuit lucérna ecclésie sub módio esse, et si

látere voluísset. Tu autem Dómine [miserére nostri].⁵²

Lectio quinta.

DIvina namque providéntia ad sacri ministérii dignitátem predestinátus, concordánte favóre pópuli sacérdos et tutor ecclésie est eléctus : et ad pontificátus honórem provéctus. Cujus glória toto post hec orbi enítuit : et pro sancte fidéi defénsione fidéliter et constánter dimicávit. Cum ígitur Constántii imperatóris témpore, Arriána héresis de sue perfídie radíce venenáta pulluláret : vir sanctus divínus⁵³ armis precínctus quasi sígnifer belligerátor per médias ácies sic se inter vesános

frémitus et hóstiles gládios hereticórum ingerébat, eisque victorióso certámine insistébat. Nequíbat enim [58r.] heréticus ante insuperábilem ejus facúndiam áliquas erróris nébulas preténdere : quia sic ejus elóquio premebátur, ut nulla versútia advérsus eum posset proficere. Unde factum est ut immánes cathólice fidéi perturbatóres vidélicet Valens et Ursácius imperatóri persuáderent : quátenus eum exílio condemnáret. Tu autem [Dómine].⁵⁴

Lectio sexta.

ITaque in Frígeam relegátus, ad virtútum augméntum grátias agébat : quia quantum lóngius pro Christi nómine a próprio solo discedébat, tantum celo vicínior fiébat. Finíto autem quadriénio in eódem exílio : inde Seléuciam cum réliquis orientálibus episcopis advérsus Arriános disceptáturus veníre compellebátur, imperatóris edícto. Qui dum in quoddam castéllum ingrederétur : Floréntia, puélla géntilis, servum Dei advenísse

vociferándo testabátur. Cum qua Floréntius pater ejus et tota ejus familia crédidit : et a beáto viro baptizári proméruit. Cum vero Seléuciam pervénisset, ibidémque victoriosórum présulum examinátio heréticam pravitátem damnásset : mox de própsera synódo ad imperátorem legátio dirigitur, cum qua ínclitus Dei bellátor ad éundem proficiscitur, ut non damnáta perfidia adhuc vel eo absénte contra religiónis dogmáta erigerétur. Valens vero et

Ursácius reátu pertérriti consciéntie, imperatóris ánimum ad hoc persuasérunt, ut eum ad Gállias perúrgeret redíre. Ubi sépius factis

synódis mundum jam pene totum erróre confúsum : per eum ad viam veritátis fuisse addúctum, confitétur língua multórum.



Tres ultime lectiones de expositione evangelii.

Secundum Mattheum iij. [1–17].

IN illo témpore : Venit Jesus a Galiléa in Jordánem ad Johánnem, ut baptizaretur ab eo. Et reliqua.

Sermo ex commentario⁵⁵ venerabilis Bede presbyteri. [Omelia 9. libri I.]⁵⁶

Lectio sancti evangéllii quam modo fratres audívimus : magnum nobis et in Dómino et in servo dat perfécte humilitátis exémplum. In Dómino quidem : quia cum sit Dóminus ómnium non solum ab hómine servo baptizári, sed étiam ipse ad hunc baptizándus venire dignátus est. In servo autem, quia cum sciret precursórem se ac baptístam sui salvatóris esse destinátum : memor tamen próprie fragilitátis, injúctum sibi humíliter recusávit officium, dicens, Ego a te débito baptizári : et tu

venis ad me ? Sed quia omnis qui se humiliat exaltabitur, et Dóminus qui in forma hómínis propter hómínes instruéndos húmilis apparuit, mox a Deo Patre quantum super hómínes immo étiam super ángelos et super omne quod creatum est emineret : apparuit, voce delápsa ad eum hujuscémodi a magnífica glória, Hic est Fílius meus diléctus in quo michi complácuti. Et fidelíssimus atque humíllimus servus ille Johánnes, qui baptizári a Dómino quam baptizare Dóminum magis optávit : et ipsum baptizare Dóminum et apértis sue mentis óculis descendéntem super eum Spíritum pre céteris mortálibus vidére promérui.

Lectio viij.

Verum quia breviter ista prelibávimus : látius jam cuncta expositúri, ipsum sacre lectiónis videámus exórdium. Tunc venit (inquit) Jesus in Jordánem ad Johánnem : ut baptizarétur ab eo. Venit Fílius Dei baptizári ab hómine, non ánxia necessitate abluéndi alicújus sui peccáti, qui peccátum non fecit nec invéntus est dolus in ore ejus : sed pia dispensatióne abluéndi omnis nostri contagióne peccáti qui in multis offéndimus omnes, et si dixérimus

quia peccátum non habémus, nosípsos sedúcimus, et véritas in nobis non est. Venit baptizári in aquis ipsárum aquárum cónditor : ut nobis qui in iniquitatibus concépti et in delictis sumus generáti, secúnde nativitátis que per aquam et Spíritum celebrátur, appeténdum insinuáret mystérium. Dignátus est lavári aquis Jordánicis, qui mundus erat a sórdibus cunctis : ut ad diluéndas nostrórum sordes scélerum : ómnia fluénta sanctificáret aquárum.

Nona benedictio. In unitáte [Sancti Spíritus : Benedícat nos Pater et Fílius.]⁵⁷

Lectio ix.

Sed quia humíllimam Dómini dispenatióne ex lectiáne evangélica cognóvimus : étiam servi humíllimam obedióne sollicita intentiáne videámus. Séquitur, Johánnes autem prohibébat eum, dicens, Ego a te débeo baptizári : et tu venis ad me ? Expávit illum ad se venísse ut baptizarétur aqua : cui nulla ínerat que baptísimo tergerétur culpa, immo qui per sui grátiam Spíritus cunctam credéntibus mundi tólleret culpam. Unde recte intelligitur quod hic dicit Johánnes, Ego a te débeo baptizári : hoc esse quod apud evangelístam Johánnem illo ad se veniénte dixísse

narrátur, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi. Ab illo enim débemus omnes baptizári : qui ad hoc [58v.] venit in mundum ut peccáta tólleret mundi. Ab illo enim débuit ipse Johánnes baptizári, id est a peccáti originális contagiáne mundári, qui quamvis nullus inter natos muliérum major eo, tamen quasi natus ex muliére, culpe nevo non carébat : ideóque cum céteris muliérum natis, ab eo qui natus ex vírgine Deus in carne appáruit, opus habébat áblui. Tu autem [Dómine miserére nostri].⁵⁸

[*Ante laudes.*]⁵⁹

℣. Omnes de Saba vénient. 535.


¶ *In laudibus.*

AS:95; 1519:113v; 1531:58v.


1. Ant.
VII.iv.




E-te-rem * hómi-nem renó-vans Salvá- tor ve-nit



ad baptísmum : ut na-tú-ram que corrúpta est per aquam-



re-cu-pe-rá-ret : incorruptí-bi-li veste circumamíctans nos.




Ps. Dóminus regnávít. (*xcij.*) [49].

AS:95; 1519:114r; 1531:58v.⁶⁰

5122. 2. Ant.
VIII.iv.




E qui * in spí-ri-tu et igne pu-rí-fi-cas humá-na



contá-gi-a, De-um ac Re-demptó-rem omnes glo-ri-fi-


In octava epyphanie.



cámus. *Ps.* Jubiláte. (*xcix.*) [50].

AS:95; 1519:114r; 1531:58v.

3. Ant.
VII.iv.



1552.

Aptísta * contrému- it et non audet tánge-re



sanctum De- i vérti-cem : sed clamat cum tremó-re, sanctí-



fi-ca me Salvá-tor. *Ps.* Deus Deus meus. (*lxij.*) [51].


AS:95; 1519:114r; 1531:58v.⁶¹

4. Ant.
VII.iv.




1768.

A-put * dra-có-nis Salvá-tor contri- vit in Jordá-



nis flúmi-ne : ab e-jus po-testá-te omnes e-rí-pu-it.




Ps. Benedícite. (*Daniel iij.*) [52].

AS:95; 1519:114r; 1531:58v.


3678. 5. Ant.
VII.iv.



Agnum * mysté-ri- um decla-rá-tur hó-di- e : qui- a



Cre-á-tor ómni- um in Jordá-ne expúrgat nostra fa-ci-nó-ra.



Ps. Laudáte Dóminum. (*cxlviiij.-cl.*) [53].


Cap. Dómine Deus. 592.

Hymnus. A Patre unigénitus. 561.


℟. Vox Dómini super aquas. 565.

AS:95; 1519:114v; 1531:58v.


4358. Ant.
VII.iv.



Re-cúrsor * Jo-hánnes ex-últat cum Jordá-ne bap-ti-




zá-to Dómi-no facta est orbis terrá-rum ex-ultá-ti- o : facta



est pecca-tó-rum nostró-rum remíssi- o : sanctí- fí-cans a-



quas, ipsi omnes clamémus mi-se- ré-re no-bis.



Ps. Benedíctus. 58*.

Oratio. Deus cujus unigénitus. 592.

Memoria de sancto Hylario.

Ant. Euge serve. **XX.**

℣. Justus germinábit. 366.

Oratio. Adésto Dómine. 593.

Memoria de sancta Maria. [161].

¶ *Ad j.*

Ant. Véterem hóminem. 598.

Ps. Deus in nómine. (*liij.*) [97].

Ant. Te jure. [101].

Ps. Quicúnque vult. [102].

¶ *Ad iij.*

Ant. Te⁶² qui in spíritu. 598.

Ps. Legem pone. (*cxiiij. iij.*) [131].

Cap. Dómine Deus. 592.

Responsoria et versus sicut in die epyphanie ad omnes horas dicuntur, cum hac oratione
Deus cujus unigénitus. 592.

¶ *Ad vj.*

Ant. Baptísta contrémuit. 599.

Ps. Defécit. (*cxviij. vi.*) [141].

Capitulum. *Esaie xxviij.* [: 5. LXX].⁶³

D omine, excélsus est bráchium tuum Deus sábooth coróna spei		que ornáta est glória.
--	--	------------------------

¶ *Ad ix.*

Ant. Magnum mystérium. 600.

Ps. Mirabilia. (cxviii. ix.) [150].

Capitulum. *Esaie xij.* [: □].

HAuriétis aquas in gáudio de illa die, Confitémini Dómino et
fóntibus salvatóris : et dicétis in invocáte nomen ejus.

¶ *Ad secundas vesperas.*

Ant. Tecum princípium. 329.

Ps. Dixit Dóminus. (cix.) [306].

Cap. Dómine Deus. 592.

Hymnus. A Patre unigénitus. 561.

℟. Vox Dómini super aquas. 565.


AS:95; 1519:114v; 1531:58v.⁶⁴

2888.

Ant.
VIII.i.




Ontes * aquá-rum sancti-fi-cá-ti sunt Christo appa-



rén-te in gló-ri-a orbis terrá-rum : háu-ri-te a-quas de



fonte salva-tó-ris, sancti-fi-cá-vit e-nim nunc omnem cre-a-



tú-ram Christus De-us noster. *Ps.* Magnificat. 61*.

Oratio. Deus cujus unigénitus. 592.

Memoria de sancto Felice episcopo et martyre.

Ant. Hic est vere martyr. **XX.**

℣. Glória et honóre. **XX.**

Oratio.

Concède quésumus omnipotens
Deus ut ad meliorem vitam
sancti Felícis mártiris tui exémpla nos

próvocent : quátenus cujus solénna
ágimus, étiam actus imitémur. Per
Christum Dóminum nostrum.

Memoria de sancta Maria. [185].

Si vero octave epyphanie in sabbato contigerint : tunc erunt vespere in ipso sabbato de octavis et solennis memoria de sancto Felice in primis : et postea de dominica, deinde de sancta Maria. Completorium vero de die epyphanie non mutatur : sive sabbatum fuerit sive non.

C⁶⁵ Sciendum est quod in octavis epyphanie, ascensionis Domini, Corporis Christi, [ubi octava sunt cum regimine chori]⁶⁶ visitationis, assumptionis, et nativitatis beate Marie, et dedicationis ecclesie semper ultime secunde vespere erunt de octavis licet in crastino nova hystoria fuerit inchoanda, vel festum ix. lectionum [contigerit]⁶⁷ vel commemoratio beate Marie virginis [vel sancti loci]⁶⁸ celebranda fuerit, nisi fuerit tale festum ix. lectionum quod suas ij. vespere habere non poterit.

Notes.

Notes, pages 570-603.

- ¹ 1519:103v.
² HS:11v.
³ HS-1541:11v. and HS-1555:11v. indicate B≡ at 'per' and 'consécrans' in stanza 1, and similarly in the following stanzas.
⁴ '*sexta antiphona*', 1519:111v.
⁵ 1519:111v.
⁶ B. Leonis in Epiph. Serm. II. *Op.* p. 26. [SB:cccxxxii.]
⁷ SB:cccxxxiv.
⁸ 1519:111v.
⁹ In AS:pl. n., the last syllable of 'magi' appears after its neume, and is corrected in a later hand; 'vidérunt' is set B.G.A.
¹⁰ 'Hic est filius meus diléctus,' 1531:54r.
¹¹ 1519:112r.
¹² 1519:112r.
¹³ 1519:112r.
¹⁴ 1519:112r.
¹⁵ 1519:112r.
¹⁶ '*sociorumque*', 1519:112r.
¹⁷ 1519:112r.
¹⁸ Maximi Homiliae Hyemales. De Epiph. Homil. ii. *Op.* p. 200. [SB:cccxxxvi.]
¹⁹ 'dum', SB:cccxxxvi.
²⁰ SB:cccxxxvi.
²¹ SB:cccxxxvii.
²² SB:cccxxxviii.
²³ 1531:54v. has 'ab oriénte.'
²⁴ 1519:112v.
²⁵ 1519:112v.
²⁶ 1519:112v.
²⁷ B. Maximi Homiliae Hyemales. In Epiph. Homil. iv. *Op.* p. 201. [SB:cccxxxviii.]
²⁸ SB:cccxxxix.
²⁹ The flat at 'intrántes' is editorial. In 1519:112v. 'Vidéntes' is set F.FFF.FDED; no flat appears at 'apértis'; 'Glória' is set A.A.GFGAGAGEFFE. In AS:pl. o 'matre' is set ACB.A; 'apértis' is set E.GAB≡.AB≡A, no flat appears at "et mirram.
³⁰ '*sicut in precedentibus tribus diebus*', 1519:113r.
³¹ B. Maximi in Epiph. Hom. v. *Op.* p. 202. [SB:cccxl.]
³² SB:cccxlii.
³³ Maximi in Epiph. Hom. vii. *Op.* p. 204. Augustin. Append. Serm. 134. *Op.* Tom. v. col. 2697, ed. Paris 1838. [SB:cccxlii.]

Notes.

- ³⁴ 'dilectissime', 1519:113r.
³⁵ 1519:113r.
³⁶ 1519:113r.
³⁷ B. Leonis, de Epiph. Serm. III. *Op.* p. 27. [SB:cccxliv.]
³⁸ SB:cccxlvi.
³⁹ SB:cccxlvi.
⁴⁰ Beda, Hom. Hyemales de Sanctis. In Epiph. *Op.* Tom. VII. col. 320. [SB:cccxlvi.]
⁴¹ 'una', 1519:113r.
⁴² 1519:113r.
⁴³ 1519:113r.
⁴⁴ 'servetur ordo predictorum versicolorum, lectionum, et responsorium, sed non ordo dierum.' 1519:113r.
⁴⁵ 1519:113r.
⁴⁶ Hoc est *juxta Septuaginta Interpretes* (Isai. xxv. i). [SB:cccli.] 'Ad utrasque vespervas et ad matutinas et ad iij. dicatur hoc capitulum.' 1519:113r.
⁴⁷ 1531:57r. has 'obstupuit' and 'paterna vox audita est Filius meus dilectus.'
⁴⁸ 1519:113v.
⁴⁹ 'variatur' 1519:113v.
⁵⁰ 1519:113v.
⁵¹ 'prenotatum' 1519:113v.
⁵² SB:cccliv.
⁵³ 'divinis', 1531:38r. SB:cccliv. corrects this to 'divinus'.
⁵⁴ SB:cccliv.
⁵⁵ 'Omelia', 1519:113v.
⁵⁶ Bedae, *Homiliae Hyemales de Sanctis*, Opera Tom. VII. col. 323, 324. [SB:ccclv.]
⁵⁷ SB:ccclvii.
⁵⁸ SB:ccclvii.
⁵⁹ 1519:113v.
⁶⁰ 1531:58v. has 'Tu'.
⁶¹ AS:95. omits 'eripuit' and omits the psalm-tone.
⁶² 1531:58v. and 1519:114v. have 'Tu'.
⁶³ Ed. Vulg. In die illa erit Dominus exercituum corona gloriae, et sertum...
Vers. LXX. Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται Κύριος σαβαώθ ὁ στέφανος τῆς ἐλπίδος, ὁ πλακεὶς τῆς δόξης, τῶ...
[SB:ccclix.]
⁶⁴ 1531:58v. has 'fontibus salvatoris.' In 1519:114v. 'nunc' is set GGF.
⁶⁵ 'In Octava die Octavae cum regimine Chori, secundae Vesperae erunt de ipsis Octavis. Sciendum est quod...non poterit.' *Crede Michi*, 1495-97. [SB:ccclix.]
⁶⁶ 1519:115r.
⁶⁷ 1519:115r.
⁶⁸ 1519:115r.